

liget, exercit. 280. loquitur, scriptum reliquere sapientes, nihil aliud esse calorem naturalem, quam spiritum. Nam licet spiritibus ferè attribui soleat mobilitas; & hoc magis influentibus spiritibus, qui mobilitate maximè vigent, & per corpus hinc inde moventur, competat, quam spiritui huic ingenito, qui partibus insitus & quasi infixus est, easq; nunquam deserit: tamen cum calidum innatum etiam tenuissimum quoddam & subtilissimum corpus sit: meritò à sapientibus ipsi spiritus nomen attribuitur. Ita Aristoteles, 2. de generat: anim. c. 3. Calidum innatum seu θερμόν, quod facit, ut fecunda sint semina, nominat τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι, ἢ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεύμα, spiritum, qui in semine spumosoq; corpore continetur. Et Galenus, 2. de simpl. medic. fac. c. 9. expressè scribit: Calorem innatum esse, quem in quoquo animali nativū spiritum nominamus, de quo & Aristoteles scripserit, quiq; ex Stoicorum opinione ipsa anime substantia habitus sit, certè primum ejus instrumentum sit. & in omnibus animantis continetur partibus. Quamquam addat, nihil prohibere sanguineam substantiam simulq; aëream unà cum spiritu calidum innatum nominare.

*Spiritus insitus seu calidum nativum non idē, quod spi-* Ubi tamen hoc animadvertendum, dum calidum insitū spiritum nativum seu insitum esse dicimus, non intelligi spiritum, quem valgo naturalē vocant: de quo, an detur, autores valdè dissentiunt, & ipse Ga-

lenus, 12. meth. moden. cap. 5. dubitare videtur: cum tamen de calore nativo, & spiritu insito, nec ipse, nec alii dubitaverint. Spiritus enim naturalis inter influentes, qui in epate generetur, & hinc in reliquam corpus distribuatur, recensetur: spiritus verò innatus partibus insitus est.

An verò humidum primigenium etiā ad calidi innati essentiam pertineat: dubitari potest. Sunt qui spiritum ingenitum tantum calidum innatum appellant: Sed hoc rariùs, nec satis propriè fieri existimat Fernelius, l. 4. Physiol. c. 6. atq; ipse tribus, humido scilicet primigenio, insito spiritu, & calore, calidum innatum contineri, ejusq; essentiam absolvi statuit. Unde etiam calidum innatum definit humidum primigenium insito spiritu & calore undiq; perfusum. Alii eos potius propriè loqui censent, qui tantum spiritum insitum cum suo calore calidi nativi essentiam complere existimant: eos verò minus propriè, qui etiam humidum primigenium ad calidi innati essentiam pertinere docent; cum diversæ sint naturæ spiritus insitus, & humidum primigenium, quod spiritus insiti seu calidi innati est seu pabulū seu domiciliū. Ut ut sit, hoc certum est, spiritum, si non solus est calidum innatū, certè ejus præcipuā esse partē, cui omnes actiones, ut præcipuo anime instruendo, acceptę ferendę sint. Contra etiā verū est, hæc tria, calorem, spiritum & humi-

*ritus naturalis.*

*An humidum primigenium ad calidi innati essentiam pertineat.*

*humidum primigenium ad calidi innati essentiam pertineat.*

*humidum primigenium ad calidi innati essentiam pertineat.*

*humidum primigenium ad calidi innati essentiam pertineat.*

*humidum primigenium ad calidi innati essentiam pertineat.*

*humidum primigenium ad calidi innati essentiam pertineat.*

*humidum primigenium ad calidi innati essentiam pertineat.*

*humidum primigenium ad calidi innati essentiam pertineat.*

*humidum primigenium ad calidi innati essentiam pertineat.*